RUPERTUS TUITIENSIS
Österreich oder Süddeutschland, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 90r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25999
Copyright: Admont, Benediktinerstift



90

plorate ululantes in miseriis uestris. que aduenient uobis. Et p̄ pauca. Et pu-
lan estis super terram. & inluriuriis enutristis corda uestra In die occisionis ad
duxistis. occidistis iustum & non restitit uobis. ℣ ℣ v

ET TV FILI hominis. sume tibi gladium acutum radentem pilos. & assu-
mes eum & duces per caput tuum & barbam tuam. Et assumes tibi sta-
teram ponderis. & diuides eos. Tertia parte igni combures in medio
ciuitatis. iuxta completionem dierum obsidionis. Et assumes et terciam
partem. & concides gladio in circuitu ei. Terciam ualiam disperges in
uentum. & gladium nudabo post eos Et sumes inde paruum numerum & liga-
bis eum in summitate pallii tui. & ex eis tolles rursum & pietes in medio ig-
nis. & combures igni. Et ex eis egredietur ignis in omnem domum israel. Aliseria
rum predicte obsidionis uel exercitii iherosolimorum recapitulatio hec. & bre-
uis complexio est Sume inquit tibi gladium acutum. radentem pilos. gladius
acutus radens pilos. seuera scelerum ultrix sententia est. superfluos et tum
natura iudeos. Sic enim pili capitis aut barbe capitis corpori adherent si
corpis partes aut membra non sint. sic iudei de quibus uel contra quos sermo est
do patrum suorum nomine quidem uel professione adherebant. sed nullo uerita
tis tenore uel amoris affectu adeum pertinebant. Vnde est illud. Ps. hi la-
bis me honorat. cor autem eorum longe est a me. Assumes inquit eum & duces per
caput tuum & per barbam tuam. atque diuides eos in statera ponderis. ut iudei uel ea dant
more gladio. & captiui ducant in omnes gentes. put se habent mensure uel
pondera peccati. Iam tertia parte igni combures in medio ciuitatis. iuxta
completionem dierum obsidionis. Isti sunt quos trium latronum iobis. symonis.
atque eleazari gladius discorsuria ciuitate trucidauit. simulque fames inde-
fessa plebum populatrix tanta multitudine ut eum sepeliri nequirent de
muro defunctorum reliquiae in profunda perpetua decerentur. Benique aspiciens
tituus pruptos specus plenos cadauerum. saniem dilaceratis uisceribus in
natantem. alte ingemuit. & manus ad celum eleuans. testatur haut quaquam
illud sibi asserbendum. qui uoluisse uenam dare si dedicio precederet. ex
pectasse se ut pacem rogarent paratum se ut incolumes seruaret. si bellum
de posuissent. Et assumes tertia partem. & concides gladio in circuitu ei.
Isti sunt quos foris esertis pilis romani muero ceciderunt. Terciam ualiam dispers
uentum. Isti sunt qui uenduti & captiui in omnes gentes abducti sunt.
Plurimi uenales sunt paucis emptoribus. quia & romani habere inseruitutem
iudeos dedignabant. Et gladium inquit nudabo post eos. Isti sunt qui
triumphante & per singulas urbes celebrante pompam victorie prime-